



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Agenda Dioecesis Paderbornensis Rituali Romano  
accommodata**

**Hermann Werner <Paderborn, Bischof>**

**Paderbornæ, 1753**

Benedictio candelarum extra diem purificationis B.M.V. In die verò  
purificationis videatur in missali.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36023**

nem sancti tui nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum nostrum &c.

Hic mittat fala in aquam in modum crucis dicens.

Commixtio salis & aquæ pariter fiat. In nomine Patris **T** & Filii **F** & Spiritus sancti **A**men.

**V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo.

Oremus.

**D**eus invictæ virtutis auctor, & insuperabilis Imperii Rex, ac semper magnificus Triumphantor: qui adversæ dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis sævitiam superas: qui hostiles nequitias potentè expugnas: te Domine trementes ac supplices deprecamur & petimus, ut hanc creaturam Salis & aquæ dignanter aspicias, benignus illustres, pietatis tuæ rore sanctifices: ut ubi cunq; fuerit aspersa, per invocationem Sancti tui nominis omnis infestatio immundi Spiritus abigatur, terrorq; venenosí serpentis procul pellatur; & præsentia sancti Spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus ubiq; adesse dignetur. Per Dominum nostrum. in unitate ejusdem &c. **R.** Amen.

Dominicis diebus aspergit sacerdos altare, se, & deinde populum ante missam aqua benedicta, pro ut in Missali præscribitur. Alias fideles possunt in vasculis suis de illa aqua domum deferre, & pecora, horros, domos &c. aspergere.

Benedictiones Cærorum in Festo Purificationis B. Virginis, & Ramorum in Dominica Palmarum in Missali Romano reperiuntur, adeoque brevitatis causa hic omittuntur.

**Benedictio Candelarum extra diem purificationis B. MARIAE Virginis.**

**V.** Adjutorium nostrum &c. **R.** Qui fecit &c.

Oremus.

**D**omine Iesu Christe, fili Dei vivi, benedic **T** candelas istas supplicatio-nibus nostris: infunde eis Domine per virtutem sanctæ Crucis **T** benedictionem cœlestem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti: talemq; benedictionem signaculo sanctæ Crucis **T** accipiant, ut quibuscumque locis accensæ sive positæ fuerint, discedant principes tenebrarum, & contremiscant, & fugiant pavidi cum omnibus ministris suis ab habitationibus illis: nec præsumant amplius inquietare, aut molestare servientes tibi Deo Omnipotenti. Qui vivis &c.

Dein alpergantur aqua benedicta.

**Benedictio Domorum in Sabbato sancto Paschæ.**

**P**arochus, seu aliis sacerdos, superpelliceo & stola alba indutus, cum ministro deferente vas aquæ, ex benedictione fontium, ante perfusionem Chrismatis, acceptæ, visitat domos suæ Parochiæ, alpergens eas aqua benedicta. Ingrediens Domum dicit.

Pax huic Domui: & omnibus in habitantibus in ea.

Deinde alpergit loca præcipua domus & habitatores aqua benedicta dicens,

Vidi aquam egredientem de templo à latere dextro, alleluja. Et omnes, ad quos pervenit aqua ista, salvi facti sunt, alleluja, alleluja. Psalm. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sacerdolum misericordia ejus. Gloria Patri &c.

**Deus.**

**V.** Osten-